

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Baptismus f
cum fonte primo

Infideles et criminosi baptismum
cum fide suscipientes sic absoluuntur
a debito dampnacionis ut non teneantur
debito expiacionis.

Fideles uero et criminosi post lapsum
uere penitentes sic absoluuntur
a debito dampnacionis ut tamen teneantur
sub debito expiacionis.

Notandum autem hoc loco quod
infideles et criminosi baptisma
cum fide suscipientes sic absolvuntur
debito dampnationis ut non teneantur
debito expiationis;
fideles vero et criminosi post lapsum
vere penitentes sic absolvuntur
debito dampnationis ut tamen teneantur
sub debito expiationis.

Ricardus de sancto Victore, *Tractatus de potestate ligandi et soluendi*, 4 (J. Ribaillier ed., p.83).

Sed cur, queso, expiatur difficilius
nisi quia offendit grauius?

Ricardus de potestate ligandi.

Sed cur, queso, expiatur difficilius,
nisi quia offendit gravius?

Ricardus de sancto Victore, *Tractatus de potestate ligandi et soluendi*, 22 (J. Ribaillier ed., p.104).